



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Carcer.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

## CANONICVS.

A **C**ANONICI, ac reliquæ dignitates, infra duos menses ab obtento Canonicatu, seu dignitate, teneantur coram Episcopo, & etiam coram Capitulo profiteri fidem: alioqui non facient fructus suos. cap. 25. num. 136.

B Nemo potest Canonicatum obtainere, qui non sit initiatus aliquo ordine sacro, quem ille requirit; vel in ea aetate; ut tempore statuto initiari valeat. ibidem.

C In cathedralibus omnes canonicatus habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus. ca. 25. num. 136.

## CAPELLANVS.

**T**E NETVR Capellanus dicere quas missas, vbi & quomodo facillorum institutio, vel eorum promissio habet. cap. 25. num. 134.

## CARCER.

**P**EECA† mort. qui fuit causa coiiciendi aliquem in carcerem iniuste, & tenetur restituere damnum. c. 15. n. 13. No. num. 12.

Qui iniuste soluit in carcerem iuste conicatum



## CASVS FORTVITVS. 99

iectum propter debita, tenetur restituere  
damnum creditor, nisi esset ille debitor adeo  
pauper, ut probabiliter, nec per se, nec per  
alium soluere posset. tunc enim sicut ipse fu-  
giendo non peccat, sic nec qui esset author  
fuga, nec tenetur restituere creditori. cap.  
17. num. 101.

Incarceratus ob delictum dignum mor-  
te, aut abscissione membra, licet fugere po-  
test, etiam limando compedes, & rumpen-  
do carcerem, dum tamen non inferat viam  
custodi carceris, vel alteri ministro iustitiae.  
num. 102.

**C A S T R A T V S** vide in tit. Irregulari-  
tas. III. ob defectus corporis.

## CASVS FORTVITVS.

**R**EGLARITER nemo tenetur de-  
dano, quod contingit casu fortuito, nisi  
precedente culpa, mora, vel pacto. cap. 17,  
num. 179.

Aliquis cunctus potest dici casus fortuitus,  
respectu unius, & non respectu aliis. nu. 178.

Casus fortuitus nocet ei qui est in mora.  
nu. 179. & 183.

Culpa praecedens casum fortuitum, non ef-  
ficit, ut fortuita imputentur, nisi culpa diri-  
gatur sufficienter in illa. c. 27. n. 220. No. 221.

G 2 C A